



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 153. Camillus Burghesius in Papam electus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

Sæc. XVII. simum eligerent, enixe precatus. Tum
A. C. 1605. fluctuantibus in incerto animis Aldo-

brandinus a suis sciscitabatur, *cuiusq[ue]*
tantum munus demum deferemus? nil
hæsitans respondit Montaltus, *nullius*
teri nisi Burghesio, cui pariter suo
fragio accessit Joyosa Cardinalis cum
sua factione Gallica.

§. CLIII.

Camillus Burghesius in Papam electus.

Maurocen.
lib. 16.

Erat tum Camillus cum Arrigonio in
suo cubiculo, quorum uterque, quod
ætate ad Papatus dignitatem se immatu-
ros crederent, longe alia animo re-
luctabant consilia: cum autem forte Bur-
ghesius e cubili egressus, lento pede
cederet, ecce! repente eo conspecto
Cardinalium nonnulli Burghesium in-
clamat, moxque una eademque voce
in omnium ferme Cardinalium ore re-
sonat, Burghesium divino potius nutu
quam humano ad supremum Ecclesie
apicem esse selectum. Accedebant po-
riter ceteri Cardinales, qui prius am-
bigui hærebant; quocirca in Pauli Se-
cellum quantocius eundem reducentes
vivis suffragiis sigillatim Pontificem die
decima sexta Maji hora noctis secunda
declarant, cunctis de hac electione Dei
potissimum impulsu facta eidem cor-

gratu-

gratulantibus; solus mæstus cernebatur Sæc. XVII.
neo-electus Pontifex, aut ob rei no- A. C. 1605.
vitatem, aut inopinatum nunquam spe-
ratæ amplitudinis eventum stupore vel-
uti defixus: forte etiam veneni timor,
mortisque metus mœrorem auxit, Astro-
logis novum Pontificem ante Septem-
bris exitum vita privandum vaticinan-
tibus, quorum tamen viginti tres a
Burghesianis inclusi, vel assentandi stu-
dio, vel mutabili impiæ hujus artis
commento Papam octodecim omnino
annos regnaturum prodidere. Utut
sit, Burghesius in Christi Vicarium pro-
mulgatus Pauli sibi nomen assumpsit
cognominum sibi Pontificum *Quintus*,
qui die vigesima nona ejusdem Mensis
a Francisco Sforzia Cardinale coronatus
Lateranensem pompam ad æstivos ca-
lores provide declinandos in sextam No-
vembris distulit, die autem prima Ju-
nii cunctis Cardinalibus in publico Pa-
trum confessu gratias agens, postridie
Ginnasium, Zapatam, Doriām & Ma-
drutium jamjam a Clemente VIII. Car-
dinales electos rubro galero exornabat,
quo honore pariter F. Alexandrum Præ-
decessoris sui Nepotem honorasset, nisi
hic ea, qua inclaruit humilitate, in-
duto Carmelitarum exalceatorum ha-
bitu Purpuram recusasset. His peractis,
indictisque anni Sacri indultis, Cæsa-

P p 2

ris,

Sæc. XVII. ris, Regum ac Principum Legatos non
A. C. 1605 minus Pontifica Majestate, quam po-
terna benevolentia exceptit: Cardinibus vero, qui varia primis inaugura-
tione diebus petebant, cuncta de-
gabat, dictitans, quod æstuante anno
quandoque injusta concedi, æqua de-
negari soleant, petitis pro meriti na-
tione non satis mature perpenitus: de-
tamen decima octava plures Prelatus
exigente temporum necessitate variis
decorabat officiis: tandem vero de-
præstituta solemnii pompa ad Lateranen-
sem Basilicam equo vectus processit.
Ceterum Scriptores in deprædicantibus
hujus Papæ laudibus certant, quoniam
nonnulli illum libertatis & authoritatis
Apostolicæ vindicem, Virum probatum
atque innocentia conspicuum, moribus
irreprehensibilem, doctrina, prudentia
rerum usu tantæ dignitati consono pre-
ditum commendant. Alii eum libenter
corporis specie, firma valetudine, mo-
rum comitate, beneficentia, rem
magnarum capacitate, Religione, po-
stitia, clementia, haud affectata Mag-
statis gravitate, Zelo fidei & pietatis
pauperes insignem depingunt: ex alio
verso Maurocenus Nobilis Venetus in
sua Historia ipsum neque publicorum u-
gotiorum usu præstantem, neque cum Pri-
cipibus summis in rebus agere assuetum, in-

vilique consuetudini parum deditum, ac in- Sæc. XVII.
 genio potius ad res privatas quam publicas A. C. 1605.
 gerendas idoneum nobis exhibit: Forte
 Maurocenus, dum hæc scribebat, alta-
 mente repostam habebat hujus Ponti-
 fices severitatem contra Rempublicam
 Venetam.

§. CLIV.

*Cognitio caussæ Molinisticæ a Paulo V.
 resumpta.*

Quamprimum Paulus V. Divi Petri Hist. Con-
 Cathedram concenderat, hinc greg l.4. c.10.
 Philippus III. Hispaniarum Rex, illinc Hist. controv.
 Henricus IV. circa Molinæ caussam l.6. c.1. p.55.
Abrege de
 sua interponebant officia, hic quidem l. hist. Eccles.
 ut hujus controversiæ definitionem So. Siecl. XVII.
 cietati infastam præpediret, ille, ut Ex Tabul.
 brevi contentiones & scandala ex hoc Rom. Ord.
 dissidio orta tollerentur. Nec otiosi Præd.
 hærebant Molinæ fautores, qui, ut neo-
 electum Pontificem saltem ad toleran-
 dam Molinæ doctrinam vel impositi ut-
 rinqüe silentii legem sensim disponerent,
 supplicem libellum ineunte Mense Au-
 gusto summo Pontifici porrexere, in
 quo quæstiones hucusque agitatas non-
 nisi facti humani quæstiones, quæ sub
 fidei definitionem nullatenus cadere
 possent, suisse exponebant; non enim, in-
 quiebant ipsi, tam de modo rei, quam de

Pp 3

SS. Au-